

1858

Handwritten text in a cursive script, likely a title or author's name, written vertically on the brown paper cover of a book. The text is dark and appears to be in a historical or non-Latin script.

BV759  
.G3  
1618  
c.1



TRACTATUS DE  
**BENEFICIIS**  
AMPLISSIMVS,  
ET DOCTISSIMVS

DECLARATIONIBVS CARDINALIVM S. CONGR.  
Concil. Triden. & decisionib. Rota. tam MS. quam impressis. firmatus. ornatus. & ad  
singulas materias secundum hodiernam praxim accommodatus:

AVTHORE

**NICOLAO GARCIA HISPANO I.V. PRO.**  
fessore. & Ecclesiz Abulensis Canonico.

*Cum duplici indice, uno partium & Capitulorum, altero Rerum &  
materiarum copiosissimo.*



COLONIAE ALLOBROGV  
APVD PHILIPPVM ALBERTVM,

M. DC. XVIII

46469  
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON  
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
Reco. 24 MICROFILMADO 20/1/82



BV799

693

1618

6.1



1080045487



ADMODVM RE-  
VERENDO, NOBILI, CLA-  
RISSIMOQVE VIRO, D. ZACHAEO AB

Horrich, I. V. D. Illustris & Insignis Ecclesiae, ad D. Gereonem Coloniae Ca-  
nonico, Scholastico, & Praelato dignissimo, Serenissimi & Reuerendissimi  
Ferdinandi D. G. Electi & Confirmati Archiepiscopi & Electro-  
ris Coloniae, &c. Officiali Iudici Ordinario,

Domino suo plurimum Ob-  
seruandis.



Es iudicium doctorum hominum, reuerendè, Clarissime,  
& Consultis, domine, in discernendis aliorum scriptis & mo-  
nimentis posteritati consecratis fallax nonnunquam & incer-  
tum sit, quando ea quæ ab initio pro præclaris habita fuere,  
atque adeo vendibilia ac plausibilia putabantur, quasi tamen  
vulgo ingrata integra vix seculo cursum venditionis expleuis-  
se, ad extremum magno operarum ac sumptuum dispendio,  
animaduersum sapius sit: vt sic dum te putas Anchisen totum tenere, nil  
teneas præter vmbra, quæ tenues vanescit in auras: Veruntamen quam bene  
hactenus res ceciderit iis, qui Hispanorum Commentarios suis typis nondum  
Germaniæ notos prodiderunt, apertius est quam vt ulteriori egeat demonstra-  
tione. Habent enim hoc præ cæteris singulare auctores Hispani, quòd reliquos  
omnes acumine & grauitate longè excellant. Quam ob causam hactenus id  
mihi vnice curæ fuit, vt Hispanos commentatores tam Theologos quam Iure-  
consultos, ex intimâ Iberiâ, maximis quandoque meis impensis huc aduectos,  
prælo subicerem. cùmque Hispanicum ingenij acumen, & iudicij dexterita-  
tem in Garcia nostro elucere doctissimorum virorum iudicio comprobatum  
sit, ipseque Tractatus de Beneficijs se satis ostendat, vt eius utilitas commenda-  
tione haud indigeat, Germaniam nostram, patriam dilectissimam, tanto Autore  
diutius carere nolui: ac de eo in publicum mittendo seriam tandem cogitatio-  
nem suscepi.

Cæterum eundem Tractatum reuerendæ & Clarissimæ Dominationi Tuæ  
præ alijs dedicare ac offerre constitui: tum quòd ex tanto thesauro, ac veluti pe-  
nu referatissima, varias totius rei beneficiariae resolutihnes, in eo, quo dudum fun-  
geris officio Iudicis ordinarij, & quo nuper in totius Cleri Agrippinensis Ora-  
culum (ceu Scæuolam Iureconsultum, Cicero olim appellauit, eoque nomine  
tibi cum omnibus bonis congratulor) merito tuo assumptus es, munere, facil-



limè depromere poteris, tum etiam vt hac ratione animi mei grati signum ali-  
quod erga Reuerendam Dom. Tuam exhiberem. Accipe igitur hilari fronte  
rogo, has Hispaniæ gazas simulque, vt me meaque tibi commendata habeas, ob-  
secro. Deus Opt. Max. Reuerend. & Clariss. Dom. Tuam nobis diutius. seruet in  
columen. Colon. Agripp. ex Officina mea Typographica, Anno M. DC. XIV.  
16. die mensis Septembr.

Admodum Reuerendæ & Clarissima  
Dom. Tuæ.

Obsequentissimus Cliens  
& seruator,

ANTONIUS HIERAT.  
Civis Bibliop. Colon.

APPROQ

## APPROBATIO.



OMNIM primum amplissimi Tractatus de Beneficiis  
Authore Licentiate Nicolao Garcia, Ecclesiæ Abulen-  
sis Canonico Iuris vtriusque eruditissimo Professore (ex  
commissione Illustrissimi ac Excellentissimi domini  
mei D. Thomæ à Borgia Casaraugustanæ Ecclesiæ Ar-  
chiepiscopi) euolui sedulo, accuratèque perlegi: in quo  
romanorum Pontificum decreta, rotæ romanæ do-  
ctissimæ decisiones, & oracula fida reperiuntur: nec  
non grauissimorum doctorum ecclesiasticam doctri-  
nam amplectentium opiniones recenset, ac quid ex ipsis sit tenendum firmo  
gressu prosequitur, & legentibus manifestat: quapropter cum nihil in eo à sa-  
cræ romanæ ecclesiæ decretis, aut bonis moribus alienum reperiatur: quæstio-  
nèsque hucusque ab aliis minime agitatae à latebris excitat, in artem redigit, lu-  
tulenter amplificat, ac diffinit, egregiis Canoniarum Institutionum thesibus su-  
perabundat: ideo opus tanto ingenio, & industria elaboratum, numeris absolu-  
tum, reipublicæ Christianæ, præsertim ecclesiasticis personis utilissimum, ac ne-  
cessarium iudico. Casaraugustæ die 12. Septembris Anno 1608.

DOCTOR MARTINVS CARRILLO.







EPISTOLA DEDICATORIA

Authoris

CLARISSIMO DOMINO D. AN-

DREAE FERNANDEZ DE CORDOVA,

Episcopo Pacen.



**N**ON fuit mihi Praesul Illustrissime diu cogitandum, cui opus de Beneficiis primitias studiorum meorum dicarem, cum statim tu ipse occurreres, cui multis nominibus debebatur, tum ob magnam amorem quo me semper benigne prosequeris, magnaque Beneficia mihi collata à te patrono meo obseruandissimo, cuius semper patrocinium expertus sum, tum etiam quia ad opus istud consuecendum non parum adiuuenti mihi attulerunt ea, quae Romae didici à te viro eruditissimo cum esses Rotæ, & sacri Palatii Auditor dignissimus, tuaque decisiones dottissimas, quas ut mihi iussisti in bonum Reipublica fauente Deo edere spero, ac quae ex tuis libris, & scriptis, praecipue Rotæ, excerpsti, atque collegi, tam Romae quam in ciuitate Pacen. quae te Pastore, & Episcopo suo vigilantissimo, & beneficentissimo gaudet, iure etiam optimo opus hoc de Beneficiis Ecclesiasticis debetur tibi Antistiti amplissimo, eorum dispensatori, Auditorique dottissimo Rotæ, ubi materia ista maxime agitur, rectissime examinatur, & optime scitur: Accedit generis tui claritas, tuoque summa nobilitas, cum eximia virtute coniuncta, quam non opus est longo sermone recensere, nemo enim est cui non sit perspicua & satis comperta, cum sis ex antiquissima, & nobilissima Cordubensium familia, ex qua tot magnates, Heroes, & excellentissimi Principes, Duces, Marchiones, & Domites bello pacèque insignes, ac toti orbi notissimi, & non magni Praelati prodierunt, totque illustrissima domus, inter quas est tua, illustrissima de Guadaleca, ar, nemo etiam est qui nesciat quantum nobilitatem istam & generis splendorem cum literis & virtute coniunxeris: eni igitur illustrissime Praesul Tractatum nostrum, qui tibi ut spero non displicebit, tuo nomine nuncupatum, tuoque patrocinio, tutelae, ac protectioni commissum, atque hilarari vultu, solitaque benignitate, ac humanitate accipe munus hoc summe erga te obseruantia, obsequij, & grati animi mei testimonium, & argumentum. Et vale salix. Abula.

Licentiatu NICOLAVS GARCIA,  
Canonice Abulen.

P R A E F A T I O.



**Q**VAM de Beneficiis, quorum materia amplissima est, pluresque tractatus, & maximam iuris Canonici partem complectitur, multi sint editi tractatus, nempe Io. Sella de Benefic. Rebusi praesens benefic. Duar. de sacris Ecclesiae ministeriis, Corrat. paraphrasis Sacerdotiorum, Io. Nicol. Gimon. Enchiridion Beneficiorum, Rosin. de Beneficiis, seu de re pontificia lib. 3. P. Greg. de Beneficiis, seu institutiones Beneficiales, Quintana duennas Ecclesiasticon, & Lelli Zechi de Benef. pensio Eccles. & sint etiam alii tractatus accessorii, vt de reseruatione, permutatione, resignatione, & incompatibilitate Beneficiorum, & de vnio. &c. quos omnes vltra ordinarios, & alios vidi & legi, non tamen ideo tractatus noster inutilis erit, sed adhuc valde vtilem ne dicam necessarium existimo, & candidus ac sapiens Lector iudicabit. nam vltra quod in illis materia ista, nec plene, nec exacte tradatur, nec multum ad praesens praesertim hodiernam conducunt, sunt iam in hac materia multa in nouata ex S. Concilio Tridentino, nouis constitutionibus & cancellariae regulis, stilo curiae, & consuetudine, quae illi non attingunt, nec degustant, neque materia ista videtur posse exacte, & satis intelligi ab his qui non sunt in curia, & Rota, eiusque stilo & decisionibus versati, vt qui de Beneficiis haecenus scripserunt. Ego quidem tempore quo Romae fui, licet pauco, nempe solo triennio, huic studio atide & tedule me addixi, & postea accurate profectus sum voluendo & reuoluendo Rotæ decisiones, & resolutiones, tam impressas, quam manuscriptas ac declarationes S. Congregationis Concilij librosque ad hoc conducentes, vnde in mentem mihi venit hunc tractatum scribere in vtilitatem Reipublicae, si forte ei possem meo exiguo talento, & tenui facultate prodesse, quem magno labore, & studio Deo adiuuante confeci ad ipsius honorem, & gloriam sacratissimae Virginis Mariae, atque in duodecim partes ordine ni fallor non incongruo diuisi, quarum quaelibet habet tua Capit vbi plures particulares tractatus huius materiae continentur. Sed quia in hoc tractatu allego, & adduco multas declarationes S. Congregationis ac decisiones, & resolutiones Rotæ, oportet de earum vi, & autoritate lectorem certiore facere, ac breuiter admonere. Et quod attinet ad declarationes S. Congregationis, certum est eas non esse declarationes doctrinales, sicut latas à Doctoribus & Iurisperitis, vt aliqui Theologi perperam dicunt, sed esse declarationes definitiuas, seu decisivas, vim legis habentes, & vt leges recipiendas, vt pote latas ex commissione Papae, & à personis habentibus interpretandi, & respondendi facultatem à Principe, vt apparet ex Bulla Sixti V. quae est in 2. par. sui Bullarij 7. in ordine, vbi habetur facultas dictae S. Congregationis, quae etiam ponitur à Man. Rodriguez quae est. regul. 1. tom. q. 11. art. 1. qui art. 2. sequitur docet, facit text in s. responsa prudentium inquit. de iure naturali. Et eadem S. Congreg. cuidam Abbati Massanen. sic respondit. Eadem ratio habenda est de his quae scribuntur à Cardinalibus S. Congreg. Concilij Trident. nomine ipsius Congreg. ac si à Papa scripta essent, & alias sic cenit. Decreta, & litera Cong. Concilij semotis libris sunt executioni demandanda, nec super his sententia, nec decretum aliquod est faciendum. Et ita super declarationibus S. Congregationis Papa statim dat Breue, & Auditor Camerae monitorium in earum executionem, & Rota eas absque vlla controuersia, & disputatione amplectitur, suscipit, & obseruat, vt praxis ostendit. & quamuis declaratio sit facta ad instantiam alicuius, seu in casu particulari, tamen facit ius quo ad omnes, & in vniuersum, ad l. vlt. C. de legibus. cap. in causis de re iudic. & cap. 19. dist. an Rodri. d. art. 2. ad fin. quidquid aliqui Theologi dicant. Nec requiritur publicatio, seu promulgatio, aut intimatio huiusmodi declarationum, vt etiam aliqui Theologi male volunt. nam vt recte inquit an. Rodriguez ibi, licet leges vt obliget sit necessarium quod publicentur, vt tamen declarationes legum iam publicarum, & receptarum obligent, non est necessarium quod publicentur, sufficit enim quod ipsae leges sint promulgatae, & receptae ad hoc vt earum declarationes à Principe, vel ab habente potestatem ab ipso Principe datae obligent eodem modo quo ipsae leges obligant. Decisiones autem Rotae non faciunt ius (nisi transcant in stylum quicquid velit D. arta de tribunalibus vrbis, cap. 3. Sed habentur pro decisionibus magistratibus, vt post Cardin. in cap. pastoralis de fide instrum. dicitur Pajinus in precludo extrauagan. versu. Decisiones Rotae. Vantius de nullitatibus, tit. de nullitate ex defectu processus, n. 121. Caslad. decis. 1. de praebend. n. 7. Lancelotus de attentatis, cap. 20. limitatione 1. n. 2. & alij, tamen vt inquit Vantius ibi decisiones Dominorum de Rota magni ponderis sunt,



Rotæque autoritas maxima est præcipue in hac materia beneficiâ, & eius opinio propter ipsius autoritatem exactamque & maturam resolutionem, & etiam propter numerum Doctorum in ea militantium communis reputatur, vt per Lud. Gomezium Episcopum Sarnen. in prohemio regularum cancellariæ. q. 2. vers. 4. pro ista parte, & D. Martam vbi supra num. 17. Accedunt quæ de grauitate & laudibus huius iacri Auditorii, & integerrimi tribunalis, post alios tradunt Sarnen. ibi andof. de commissio. 4. commissione atentatorum verb. audit. rio. D. Marta d. cap. 5. & Grauius ad Vestrium in praxi. lib. 2. cap. 17. qui ait, *Ab his auditoribus ob summam earum iurisdictionem iudicium, publicam autoritatem, incredibilem que grauitatem quod in contouersis deciditur, tanquam ex oraculo dictum in omne æuum creditur, vt in rebus indicatis eorum sententia, quas decisiones Rota vocamus, demonstrant, quorum quantâ sit autoritas nemo nescius est, vnde non iniuria dici potest, quod tanta est Auditorum Rota opinio, quanta Pithagora apud Pithagoricos fuit, vt nullus non satis esse putet dicere, sic nota definitis, &c.* hæc Grauius Et si vt inquit an. of. vbi sup. inter doctos scriptores non reperitur aliquis qui ad iacra Rotæ decreta non secus ac sitibundus ad limpidissimum fontem non currat à qua doctorum scripta alioquin sterilia, frugifera, ac fructuosa redduntur, nil mirum si ego scriptorum minimus plures decisiones, & resolutiones Rotæ adducam, quibus doctrinam meam confirmem, & tractatum meum amplificem, exornem, & locupletem, licet aliquando à Rotæ sententia discedam iure, seu ratione cogente, vt pote nullius addictus iurare in verba magistri, placuitque multas earum integras ponere, licet non rotæ faciant ad id de quo ibi agitur, tum vt earum intentum factumque, & ius melius percipiatur, tum vt Lector fruatur earum vtili solida & exacta doctrina, tum etiam quia seruiunt ad dicta aliâs, vbi eas allegamus te mittendo ad locum vbi ponuntur, & cui non placuerit, seu per tempus non licuerit decisiones postas legere, & in eis immorari poterit absque vlla detentione, & difficultate eas præmittere, siue pertransire, cum diuersis caracteribus sint posite ac designata, nec miretur Lector quod earum allegationes aliquæ non sint fideles, & certæ, id enim præcipue prouenit ex errore, & incuria scribentium, & transcribentium, variantur etiam allegationes ex diuersitate editionum, quod etiam dictum sit pro nostris allegationibus, quarum fidelitatem veritatemque, tam quo ad doctrinam, quam quo ad loca curauimus quantum potui. Omnia autem in hoc tractatu contenta, & à me scripta libenter subieci S. Sedis Apostolicæ sapientumque hominum censuræ ac iudicio.

INDEX



INDEX PARTIVM  
CAPITVLORVM  
TRACTATVS DE  
BENEFICIIS

Primi Tomi.

PRIMA PARS.

De nomine, diffinitione & diuisione Beneficij,  
continet sex capita.

- Cap. 1. De nomine Beneficij & origine.  
Cap. 2. Quid sit Beneficium.  
§. 1. De Beneficiis manualibus & Capellanis, & præbendis.  
Cap. 2. De hospitalibus, an sint Beneficia.  
Cap. 4. De præbendis, seu commendis.  
Cap. 5. De pensione, an sit Beneficium, vbi plura de pensione.  
§. 1. De diffinitione pensionis.  
§. 2. Quis possit pensionem imponere, & an requiratur causa.  
§. 3. In qua portione, seu quantitate pensio seruetur.  
§. 4. Quomodo in causis pensionum sit procedendum.  
Cap. 6. De diuisione Beneficij, nempe quatuorplex sit, & an appellatione beneficij omnia comprehendantur.

SECUNDA PARS.

De utilitatibus prouenientibus ex Beneficio continet 5. cap.

- Cap. 1. De fructibus.  
Cap. 2. De privilegio fori.  
Cap. 3. De immunitate & exemptione a gabellis, exactionibus & tributis.  
Cap. 4. De subiectione, quo ad ordines ratione beneficij.  
Cap. 5. De titulo ad ordines.  
§. 1. De alio dubio.

TERTIA PARS.

De obligationibus, & oneribus Beneficij, continet 4. cap.

- Cap. 1. De obligatione recitandi.

- Cap. 1. De residentia.  
§. 1. De residentia dignitatum Canoniorum, & Portuoniorum.  
§. 2. De alio dubio.  
Cap. 3. De professione fidei.  
Cap. 4. De obligatione suscipiendi ordines.

QUARTA PARS.

De modis prouidendi & disponendi de Beneficiis, eaq; acquirendi, continet 5. c.

- Cap. 1. De Callatione, electione, & presentatione.  
Cap. 2. De modis quibus acquiritur ius in re in beneficio.  
Cap. 2. De modis quibus acquiritur ius ad rem in Beneficio.  
Cap. 4. De commendâ.  
Cap. 5. De adiutoria.

QUINTA PARS.

De his ad quos spectat dispositio, seu prouisio beneficiorum continet 9.

- Cap. 1. De Papa.  
§. 1. De reservatione & vniuersalitate in curia, & clausa in corpore iuris.  
§. 2. De reservatione seu affectu per appositionem minus apæ.  
§. 3. De reservationibus regularum cancellariæ.  
§. 4. De regula 2.  
§. 5. De regula 3.



- §. 6. De regula 4.  
 §. 7. De regula 5.  
 §. 8. De regula 6.  
 §. 9. De regula 7.  
 §. 10. De regula mensium, & primo de iis in quibus differit à veteribus, &c.  
 §. 11. De explicatione regule, & notabilibus que ex eius verbis, seu circa ea deducuntur.  
 §. 12. De alternatiua, circa quam multa dubia examinantur.  
 §. 13. De regula 10.  
 Cap. 2. De concilio.  
 Cap. 3. De legato.  
 §. 1. De facultate Nuntij.  
 Cap. 4. De ordinario.  
 §. 1. De prouisione prebende Penitentiaria, lectura, Doctoralis & magistralis.  
 §. 2. De prouisione Beneficiorum inferiorum.  
 §. 3. De aliquibus dubijs de ordinario collatore.  
 Cap. 5. De possessore iuris conferendi.  
 Cap. 6. De sequestro.  
 Cap. 7. De Capitulo sede vacante.  
 Cap. 8. De Vicario Episcopi.  
 Cap. 9. De patronis.  
 §. 1. De alijs notabilibus.

SEXTA PARS.

De executoribus literarum & gratiarum Beneficialium, continet 5. capit.

- Cap. 1. De executoribus mandatorum de prouidendo.  
 Cap. 2. De executoribus literarum & gratiarum de Beneficijs vacant.  
 §. 1. An d. executores possint alteri subdelegare, & an sint veri, vel mixti, & quantum ad iures eorum potestatis.  
 §. 2. Quid debeant verificare d. executores.  
 §. 3. An gratia in forma dignum expiret morte Papae concedentis re integra.  
 Cap. 3. De executoribus literarum in forma breuis de capienda possessione.  
 §. 1. De clausula subliata & partitione breuis, & clausula volumus.  
 Cap. 4. De subrogatione.  
 Cap. 5. De executoribus executorialium.

SECUNDVS TOMVS

continet partes & capitula sequen.

SEPTIMA PARS.

Quibus debeant Beneficia conferri, seu de qualitatibus requisitis ad Beneficia, continet 16. capit.

- Cap. 1. De clericatu & ordine.  
 §. 1. de aliquibus difficultatibus & dubijs.

- Cap. 2. De legitimis.  
 Cap. 3. De filiis presbyterorum.  
 Cap. 4. De astate Beneficiandorum.  
 Cap. 5. De coniugatis.  
 Cap. 6. De legatis.  
 Cap. 7. De scientia seu literata.  
 Cap. 8. De moribus & vita.  
 Cap. 9. De naturalitate.  
 Cap. 10. De Beneficijs secularibus secularibus, & regularibus regularibus conferendis.  
 Cap. 11. Quod non sit irregularis.  
 Cap. 12. De corpore vitiat.  
 Cap. 13. Quod non sit excommunicatus.  
 §. 1. De fructibus Beneficiorum excommunicati.  
 Cap. 14. Quod non sit suspensus, seu interdictus.  
 Cap. 15. De Beneficijs debitis certis personis, seu certo generi personarum.  
 Cap. 16. An Beneficia sint conferenda dignitarijs, an satis sit digno conferre.

OCTAVA PARS.

de requisitis prouisionis Beneficij, continet 4. capit.

- Cap. 1. Quod fiat gratis libere, & sine pacto modo, vel conditione ac sine diminutione.  
 Cap. 2. Quod pure fiat collatio non conditionaliter, nec alternatiue, nec copulatiue.  
 Cap. 3. Quod non sit surrepticia prouisio.  
 Cap. 4. An requiratur quod collatio fiat publice, seu palam, & non clandestine, & de probatione illius.

NONA PARS.

de forma in prouisione seruanda, continet 4. capit.

- Cap. 1. De forma in communi, & an ea non seruata prouisio sit nulla etiam in foro conscientie.  
 Cap. 2. De forma seruanda in prouisione parrochialium.  
 §. 1. De alijs dubijs.  
 §. 3. De forma seruanda in prouisione Beneficiorum simplicium.  
 Cap. 4. De forma edicli seu vacationis in institutione seruanda.

DECIMA PARS.

de tempore, quo & intra quod debet prouideri de Beneficijs, & de deuolutione, continet 4. capit.

- Cap. 1. Quando debeas prouideri de Beneficijs.  
 Cap. 2. De tempore intra quod debet de Beneficijs prouideri.  
 Cap. 3. De deuolutione.  
 Cap. 4. De tempore intra quod debet fieri institutio, & confirmatio, & collatio necessaria.

VNDE.

VNDECIMA PARS.

De modis vacandi, & admittendi Beneficia, continet 10. capit.

- Cap. 1. De vacationis modis in communi.  
 Cap. 2. De vacatione per obitum.  
 Cap. 3. De renuntiatione.  
 §. 1. Qui possunt renuntiare Beneficio.  
 §. 2. Quod renuntiatio debet esse libera, & pura.  
 §. 3. Quod renuntiatio cum auctoritate superioris fieri debet, &c.  
 §. 4. De publican. resignationibus.  
 Cap. 4. De permutatione Beneficiorum.  
 Cap. 5. De vacatione per affectuorem alterius.  
 §. 1. De declaratione pratorum & requisitis ad huiusmodi vacationem.  
 §. 2. De incommunitate ducum Beneficiorum sub eodem rebo.  
 §. 3. De incompatibilitate, seu compatibilitate Beneficiorum simplicium.  
 §. 4. De dispensatione super pluralitate Beneficiorum.  
 Cap. 6. De vacatione ob promotionem ad Episcopatum.  
 Cap. 7. De vacatione ob promotionem ad Abbatiam.

- Cap. 8. De vacatione ob contractum matrimonij.  
 Cap. 9. De vacatione per ingressum religionis.  
 Cap. 10. De vacatione per priuationem.  
 §. 1. De hereticis apostatis & schismaticis.  
 §. 2. De peruersis, sacrilegis, concubinarijs & sodomis.  
 §. 3. De violento Beneficij possessore & intruso.

XII. & VLTIMA PARS.

de modis quibus extinguitur, vel alteratur Beneficium, continet 5. capit.

- Cap. 1. De suppressione & extinctione.  
 Cap. 2. De unione.  
 §. 1. Quis possit unionem facere, & ex qua causa.  
 §. 2. Quae forma & solemnitas requiratur in unione.  
 §. 3. Quomodo probetur unio, & quando dicatur sortita effectum, & de eius reuocatione.  
 Cap. 3. De dismembratione.  
 Cap. 4. De dimissione Beneficij.  
 Cap. 5. De erectione Beneficij, seu Ecclesiae in alium statum.







# PRIMA PARS DE NOMINE, DIFFINITIONE ET DIVISIONE BENEFICII.

## CAP. I.

### De nomine beneficii & origine. SVM MARIA.

**B**ENEFICIUM in genere quid sit n. 1. 2. & 3.  
De varia acceptione verbi beneficii remissive, num. 4.  
In iure Pontificio, & materia Canonica, appellatione beneficii intelligitur beneficium Ecclesiasticum, num. 5.  
Beneficii nomine per Antonomasiam beneficium Ecclesiasticum intelligitur, num. 6.  
Beneficium ab aliquibus, Sacerdotium dicitur, sed non est relinquendum verbum beneficium vsitatum, n. 7.  
Beneficium dicitur etiam prabenda, & quomodo accipitur prabenda n. 8. & 9.  
De origine beneficiorum remissive, n. 10.

**B**ENEFICIUM in genere est beneuola actio tribuens gaudium capientibus, ut in c. 1. in quibus causis seculam amittitur, ex Seneca, lib. de beneficii. 1. tradunt Selua de beneficii. 1. part. q. 1. & Quintanaduennas Ecclesiasticum, lib. 1. c. 1. Et quia ista diffinitio impugnetur à Lud. Gometio in rubr. de rescrip. a. n. 2. non oportet in hoc immorari, quia parum refert præsertim ad praxim. Seu beneficium est benefactum in alium collatum siue gratis, Corra. in Paraphrasi Sacerdotiorum, seu tract. de benef. par. 1. c. 1. n. 5. Rebus, in praxi. tit. 1. quid sit beneficium, n. 2. & 3.  
Et de varia acceptione verbi beneficium t. videntur est Quintanaduennas d. c. 1.  
In iure vero Pontificio, & in materia Canonica t. & Ecclesiastica appellatione beneficii intelligitur beneficium Ecclesiasticum, de quo est noster tractatus, Card. in Clem. 2. de iudicis n. 5. 8. not. Ripa in rubr. de refer. n. 25. Probis ad Monachum in consilio de temporib. ordinar. in 6. num. 2. Rebus, d. 1. 1. n. 8. & 9. Franci. Marcu. decis. 525. n. 4. par. 1. & Manuel. Rodriguez q. regularium tom. 1. q. 14. art. 1. & ut inquit Corra. d. c. 1. in fi. beneficii nomine per Antonomasiam quanda, vulgo beneficia Ecclesiastica tantum intelliguntur.  
Et quoniam aliqui beneficium Ecclesiasticum Sacerdotium dicere malint, ut Corra. in d. Paraphrasi, & Tiraque. in tr. de iur. consuet. causa 1. par. n. 46. & ita etiam appellatur, ut per Calepinum verb. Sacerdo-

tium, & Vocabularium Ecclesiasticum, tamen verba vsitata recepta; apud Iurisperitos & Canonum auctores non sunt mutanda, & licet beneficium Sacerdotale ita dici possit, ut in c. pen. ne pralati vices suas, non tamen alia beneficia, & Sacerdotium pro prebyteratu, vel officio ipso, seu dignitate Sacerdotis sumitur, Rebus, in d. praxi in proemia, Duar. de sacris Ecclesie ministeris, lib. 2. ca. 3. P. Pechius in reg. beneficium lib. 6. n. 1. Doctor Sabagum de V. illa sancte praeceptor meus in c. fi. de sequestratione poss. n. 10. Calep. & Vocabul. Ecclesiast. sup. & Anton. Dicitur vero beneficium etiam prabenda. t. Nam prabenda non solum accipitur pro prabenda Canonicali, nempe Canonicali cõnexa, quæ dicitur proprie & stricte prabenda, & est spiritualis ratione Canonici capis, dilecto de prab. & pro prabenda mere temporali, nempe quæ datur pro labore, seu officio temporali, ut aduocato, medico, seu magistro, Abb. in c. cum M. de cõstit. n. 22. & ibi Felin. ex nu. 13. Decius 99. & Ripa 170. Card. in Clem. fin. de praben. sub n. 4. & ibi Imola n. Rom. cons. 328. n. 8. Corra. d. 1. par. c. 2. n. 4. Mar. An. Cuchus in institutis omnib. cano. parus li. 2. c. 6. de praben. s. 2. & alij, sed etiam large pro omni beneficio, seu iure percipiendi t. proventus in Ecclesia ratione officij, Felin. e. postulasti de rescrip. n. 4. c. cont. Ripa. versu. 2. modo, & Cuchus ubi sup. & ita videtur sumi in rubrica, de praben. & dignit. quæ verba ponuntur tanquam genus, & species. Et tradit post hac vsus, Hier. Gonzalez. ad reg. de mensib. glo. 5. s. 1.

De origine autem beneficiorum Ecclesiasticorum (quia non placet aliorum scripta transcribere) videndi sunt Selua, 1. pa. q. 4. Dua. d. 1. c. 1. Rotiniacus de beneficio seu lib. 3. de rescrip. dotali, capite 1. a. nu. 3. Burfatus cons. 126. ex n. 30. & lib. 2. c. consi. 352. n. 10. lib. 4. M. Anton. Marfilus Columna de Ecclesiasticis redditibus, c. 3. late, Pet. Gregorius in tr. de benef. 2. recte Quintanaduennas d. lib. 2. c. 2. & Lelius Zechus de re publica ecclesiastica, c. de beneficiis n. 1. & in tract. de benef. & pensio. Ecclesi. c. 1.

## CAP. II. Quid sit beneficium. SVM MARIA.

**B**eneficij Ecclesiastici varias diffinitiones, quo tradunt, num. 1.  
Beneficium est ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicitur clerico propter diuinum officium competent, numer. 2.